Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

aut & de his apls dicen; aut nescis, quia exhibuisti uos seruos serui esti ei cui
obedisti sive peccati in morte sive obedientiae ad iustitiam. Interrogatio cxxi

SIS AVI CONSENTIT alterius peccato & iam ipse peccati reus est. Responsio

HEC SENTENTIA MANIFESTA EST. ex uerbis enim quibus aut ad pilatum dicens. Qui
tradidit me tibi maius peccatum habet. Manifestum namque est ex hoc quia & pilatus acu
sans his quia tradiderunt enim peccatum habebat. Licet minus quam illi. Ostendit
autem hoc & iam in eo qui adam accusauit eue uel consensit. quae accusauerunt serpenti.
Nullus enim ex ipsis aut innocens iudicandus est aut impunitus abscessit. sed &
ipsa enim indignatio quae aduersus eos habita est hoc ipsum indicat. Cum enim adam
per accusationem sua obiecisse. quia mulier quam mihi dedisti ipsa mihi dedit & mandu
cauit. quia audisti inquit eis uocem mulieris tuae & manducasti de ligno. de quo
praecepi tibi ne de eo manducasses. maledicta terra in operibus tuis. Interrog cxxii

SI OPORTET PECCANTIBUS fratribus silere uel acquiescere. Responsio

QUIA NON OPORTET MANIFESTUM EST. ex ipsis enim praeceptis quibus in uetere quidem
testamento doce & argues proximum tuum & non assumes ex eo peccatum. In euangelio
autem dicit. si peccauerit in te frater tuus uade & argue eum inter te & ipsum solum.
si te audierit lucratus es fratrem tuum. Si autem te non audierit assumes ad hoc
tecum alium unum aut duos. ut in ore duum uel trium testium stet omne uerbum.
Si autem & ipsos non audierit dic ecclesiae. Si uero ecclesiam audierit sit tibi sicut gentilis
& publicanus. Quantum autem sit crimen huius peccati dimoscere primo ex sententia
enim quae dicit. quia incredulus est filio non habebit uitam aeternam. sed ira dei manebit
super eum. Tum deinde ex istorum quae uel in uetere uel in nouo testamento
referunt. Nam achar ille cum furatus esset regulam auratam super omnem populum factam est
ira dei. & quasi populo peccatum qui commiserat ignorante. usque quo manifestatum
est. & prius cum omni domo sua horrendis ac famosissimum interitum. Sed
& heli sacerdos & quasi cum non seuisset peccantibus filiis quia erant filii pestilentiae.
immo & frequenter commonens & castigans & dicens. nolite filii non bene ego
audio de uobis & cetera. quae uelut peccatum arguebat uel dei iudicio
commonebat. tamen quia non diiudicauit. neque zelo dei aduersum eos motus est
intantum iracundiam enim praecauit in eum. ut & iam uniuersus populus pereret cum filius & extinguerentur & arca testamenti ab alienigenis raperetur.
& ipse insuper omnibus subuersis miseranda morte corruere. Quod